

Landesbibliothek Oldenburg

Digitalisierung von Drucken

M. Tvllivs Cicero Mannvcciorvm Commentariis Illvstratvs antiquaeq. lectioni restitutus

Continens De Philosophia Volumen Secundum

Cicero, Marcus Tullius

Venetiis, 1583

Index Librorvm Qui hoc Volumine continentur.

[urn:nbn:de:gbv:45:1-770553](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:gbv:45:1-770553)

INDEX . LIBRORVM

Qui hoc Volumine continentur.



<i>De natura deorum</i> Lib.	{ I.	I
	{ II.	31
	{ III.	69
<i>De diuinatione</i> Lib.	{ I.	93
	{ II.	123
<i>De Fato</i>	Liber.	155
<i>De Legibus</i> Lib.	{ I.	171
	{ II.	187
	{ III.	205
<i>De Vniuersitate, ex Timaeo Platonis</i>	Liber.	219
<i>Arati uersus, conuersi.</i>		229
<i>Quinti Ciceronis De petitione consulatus</i>	Liber.	249



INDEX. LIBRORVM

Qui hoc Volumine continentur.



1	Lib.	De natura horum Lib.
31	II.	
69	III.	
93	LI.	De divinatione Lib.
123	II.	
152	Lib.	De Fato Lib.
171	LI.	
187	II.	De Legibus Lib.
202	III.	
219	Lib.	De Republica, ex Tullio Platone Lib.
229		De officiis, composit.
249	Lib.	Quintus Cicero de petitione consulatus Lib.





I N

M. TVLLII. CICERONIS
DE NATVRA. DEORVM
AD. M. IVNIVM. BRVTVM
LIBRVM. I.

Commentarius Aldi Mannuccij.



ARGVMENTVM

De difficultate, necessitate, & utilitate disputationis de dijs in primis agit Cicero; rationem etiam reddens, cur de philosophia scribat, & Academicam disciplinam sectetur. Deinde introducit Velleium Epicureum, recensentem, quid alij de dijs senserint, & quid ipse existimet: cuius deliramenta mox Cotta Academicus acri iudicio examinans, & conuellens, ostendit Epicurum uerbis reliquisse deos, re uera sustulisse.

CICERO



Vx multae res in philosophia nequaquam satis adhuc explicatae sunt, tum perdifficilis, Brute, quod tu minime ignoras, et poscura quaestio est de natura deorum: quae & ad agnitionem animi pulcherrima est, & ad moderandam religionem necessaria: de qua tam uariae sunt doctissimorum hominum, tamq. discrepantes sententiae, ut magno argumento esse debeat, causam, idest principium philosophiae, esse incipientiam, prudenterq. Academicos a rebus incertis assensionem cohibuisse. quid est enim temeritate fortius? aut quid tam temerarium, tamq. indignum sapientis grauitate, atque constantia, quam aut falsum sentire, aut, quod non satis explorate perceptum sit, & cognitum, sine ulla dubitatione defendere? uelut in hac quaestione, plerique, quod maxime uerisimile est, & quod omnes ducunt naturae uehimur, deos esse dixerunt; dubitare se, Protagoras: nullos esse omnino, Diagoras Melius, &

Theodorus Cyrenaicus putauerunt. qui uero deos esse dixerunt, tanta sunt in uarietate, ac dissensione constituti, ut eorum molestum sit annumerare sententias. nam & de figuris deorum, & de locis, atque sedibus, & actione uitae multa dicuntur: deq. his summa philosophorum dissensione certatur. quod uero maxime rem, causamq. continet, utrum nihil agant, nihil moliantur, an ab omni curatione, & administratione rerum uacent; an contra ab his & a principio omnia facta, & constituta sint, & ad infinium tempus regantur, atque moueantur: in primis magna dissensio est: eaq. nisi diiudicatur, in summo errore necesse est homines, atque in maximarum rerum ignorantia uersari. Sunt enim philosophi, & fuerunt, qui omnino nullam habere censuerunt humanarum rerum procuracionem deos. quorum si uera sententia est, quae potest esse pietas? quae sanctitas? quae religio? haec enim omnia pure, ac caste tribuenda deorum numini ita sunt, si animaduertuntur ab ijs, & si est aliquid a dijs immortalibus hominum generi tributum. sin autem dii neque possunt nos iuuare, nec uolunt; nec curant omnino, nec, quid agamus, animaduertunt;

A